

THOMÆ SCHRAMI SILESI.

Epigrammatum Miſcellorum. PROMVLSIS

AD

Nobiliſsimum Virum

DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

PATRITIUM ET PHYSICUM URATISL.





LIPSIÆ

Excudebat LAURENTIUS COBER.

Impenſis Thomæ Schûreri. Biblio

Anno M. DC. X







DANIELI
RINDTFLEISCH
BUCRETIO.
DOCTORI MEDICO,
hanc
CARMINUM JUVENILI[UM]
PROMULSIDEM
Thom. Schramus Sil[esius]
Lubens Meritò.
DEDICO CONSECROQUE.

Cujus vis fieri libelle munus?
Festina tibi vindicem parare.

QVem autem præter te NOBILISSIME VIRORUM, in cujus ædibus amæniſſimis inconcinnus iſte (quid enim negem ipſe, quod alii ſciunt, & poſtmodum ſcituri ſunt?) in hunc modum, ut vides, concinnatus eſt? Poteras ſanè à tutelâ hac tutus eſſe: ſed noluiſti ipſe. Poterat enim hic latitare in tenebris ſituque, & adultiori ætate de-

inceps forsan exire, non istâ juvenculâ, quæ judicium rectum non promittit, vix etiam permittit; atq; ita maleferiatorum seculi hujus fastidiosi vellicatiunculas effugere. Nam præ cæteris singulare hoc habet versificandi illa ars, ut qui tribuni-m vix in Repub. hac nostrâ literariâ statem habent, plerumque eam nau-nt; ij, qui in eâ Dictaturam obtinent, c verè ambitiosam & imperiosam suam ore Romanorum exerceant Dictaturam. Ut illis totius Reipub. omniumq; ditionum cura incumbebat; ut Senatûs totius caput erant; ut potestas pro libitu ejiciendi & admittendi ad officia publica, quoscunq; volebant. Sic isti Poëticam sibi solis relinquendam cupiunt: sic caput se volunt, reliquos pedes, sic tandem pro libitu suo alios, præsertim juniores, tanquam nocentissimos, ex arenâ ejicientes, non Tibur, non Præneste, vel in Insulas Campaniæ mittunt, sed in ipsa Africâ exulare volunt. At tu ista valere, & famam aliquam ex tantillis quoq; sperare jubes, imò etiam reluctantem in lucem protrahere suades, & publica quidem veste,


quod

quod jam denique persuasisti. Itaq; diffidere humanitati tuæ, & amori, quẽ comparare non nisi paterno possum, meritò videar, si pluribus ejusdem tibi cur[illegible] commendem, quam spontè tuâ [illegible] sisti. Nec tibi Præscriptio hæ[illegible]s tui ingrata erit; multò minus sc[illegible]culæ huic per se obscuræ, qui tam[illegible]c lucem mihi quandam polliceris; [illegible]m quam à splendore nominis tui se mutuare posse confidit, invidebis. Plura apud te de te dicere ociosum planè & importunum est. Nec verbum addam amplius: nisi libello jam abeunti, quod suo olim Bilbilicus noster:

Ætherias lascive cupis volitare per auras,
I fuge. Sed poteras tutior esse domi.




Ad



Ad Lectorem meum.

[illegible]um quicunq; venis has, Candide, chartas,
[illegible]ve ne tenuem sit tribuisse moram.
Si [illegible]ibi multum est Epigrammata centum,
[illegible]na de cunctis delige quinq;, sat est.
Si [illegible] in toto non sunt bona quinq; libello,
[illegible]um erit è cunctis; hoc licet usq; legas.
Quòd si adeò non est unum, quod ritè legatur,
Mulciberi detur tota coquenda strues.
Sic indigna prius quæ lucem ferre negabat,
Lux erit, & lucem lucida charta dabit.



DANI-

DANIELI RINDT-FLEISCH.
BUCRETIO.

ECqua novo nova nunc anno tibi Carmina donem?
Nam dare Bucreti *mens tibi grata jubet.*
Sed nova Bucreti *tibi quæ jam Carmina donem?*
Nam dolor iste novus mî nova cuncta negat.
Quòd si antiqua novis etiam mutare placebit;
Hæc lege, te fient cuncta legente nova.

DIVO MATTHIÆ IMPERATORI OPT. MAX.

HUngariæ *fortuna tibi,* Rex *ante Coronam,*
Archiduci *& fasces* Austria *læta dedit,*
Mox etiam imponit Boiemia *tota* secundam,
Slesiaq; *imperio subdita facta tuo.*
Tertia *restabat. Iamq; en* Germania *felix.*
Induperatorem *te vocat ipsa suum.*
Quarta *tamen restat, cum nil restare videtur.*
Hanc *tibi post obitum conferet una* Trias.

Nuptiis Magnifici Bartholom. à Sack, Capitanei Dracopyrgensis, & Emerentiæ Nimptſchiæ.

Ad Frid. à Nimptsch Sponſæ Fratrem.

ME, Fridrice, *brevi jubes Phaleuco*
Novum dicere Nuptiale Sacrum
Sororiq; tuæ Sororioq;.
Men', FRIDRICE, *brevi putas Phaleuco.*
Tot res, tot simul expedire laudes
Sororiq; tuæ Sororiiq;,
Heroos sibi, quæ modos merentur,
Quales sæpè solet tuus meusq;
Ille Tsesciniades, savente Phœbo,
Cantare ad genium sui Maronis.
Hymen, ô Hymenæe, Hymen; nec Hymen
Solus: sed Veneres Cupidinesq;,
Sed vos ô Charites Lubentiæq;,
Ad castæ Veneris venite Sacrum,
Et Melos *geminate sæpe* Priscum;
Tu MI SOLA PLACES, *& usq; rursus,*
Tu MI SOLA PLACES, *& usq; & usq;.*
Nam quicquid Venerum Cupidinumq;,
Et quicquid Charitum ac Lubentiarum est,
Quidnî tam lepidis faveret omne
Conjugi Venerisq; Canditatis?

AD SPONSUM.

C*Rede mihi, non fas sine fato credere jungi*
Auspice, Teq; TUÆ, *sponse, Tuamq; tibi.*
Hæc tibi se quanquam multis adamata dicavit,
Uniusq; tui gaudet amore frui.
Et tu nunc Sponsâ quoq; sponse moraris in unâ,
Uniusq; animo delituisse cupis.

Mira

Mira DEI *ratio est, & mira potentia Fati.*
Omnia habet, si cui Fata Deusq; favent.

Ad eundem.

S*I male - cessissent Primâ cum Conjuge* Prima,
Altera *non poterant* Vota *placere tibi.*
I, atq; insigni cape debita munera Fato:
Cede procul dictis Graecule vane tuis.
Altera *post* Primam *rursus cui ducitur uxor,*
Naufragus haud dubio bis natat ille freto.

Ad Magnificum Henricum Hoornig, Dominum in Marcklisia &c.

HENRICUS HOORNIG
per Anagramma.
SINCERO IUNGOR.

IUngere Sinceris *anagrammate teste, nec illud*
Sincerè *dictum publica fama negat.*
Mens Sincera *animi est, probitas* Sinceraq; *mentis,*
Et cùm Sincera *Religione Fides.*
Haec te Sincerum Sinceris Iungier, *atq;*
Non insincerum *monstrat habere locum.*
DI *faciant, nunquam ut* Sinceris junctus, *ab illis*
A non - sinceris *te patiare trahi!*
Sic Insincero sejuncta *à corpore, tandem*
Mens Sincera DEO juncta *perennis erit.*

VALENT. ACIDALII MARCHICI Medici, Philologi & Poëtae manibus Sacr.

VALENTINUS ACIDALIUS

In te Laus unica Laudis.

CUm puer emisso te primum Carmine nossem,
Nec caperem ingenium præ ruditate tuum,
Abjeci (fateor) tua protinus omnia, sed laus
Ista tua est, vulgo displicuisse rudi.
Ast ubi jam melior Bucreti *munere lux mî*
Orta foret, cœpit me puduisse mei.
Hei dixi, veniam da nobilis umbra Poëtæ,
Bucretiumq; *tuum propter amica,* Fave.
O mihi si præsto sit Calliopêa roganti,
In laudes cuperem totus abire tuas.
Iam canerem Medicum magnum, magnumq; Poëtam,
Qualem non ætas prisca, nec ista tulit.
Iam canerem Criticum, jam, quod reliqua omnia vincit,
Bucretii *socium,* Bucretiique *animam;*
In quâ etiam sine fine, tuo sine corpore vivis,
Mors uti mors non sit, sed dupla vita tibi.
Quam canerem! sed enim mea adhuc infantia lingvam
Præpedit, & votum non sinit esse ratum.
Sed quid opus laudare? Ita Laus in te unica laudis,
Laus Laudem *ut dignam nulla sonare queat.*
Imò si voveat, quanta est & quanta futura est
Posteritas *votum solvere nulla queat.*

In Scitum.

DAN. RINDTFLEISCH BUCRETI

VINCO FERENDO.

QVæ Dea? Quæ Durum *victrix* Patientia
Frangit. *Quæ*

Quæ Basis, *aut quæ sunt verba notata Basi?*
Herculis *hæc forsan, quam felix* India *jactat?*
Aut tua cum verbis Carole Cæsar erit?
Non ita. Nil horum est. BucretI *hæc* scita Basis,
Quam dudum victor condidit ipse sibi.
O cate Bucreti *! sic ô sic* vincere *tecum,*
Et non plus ultra *tendere discat homo.*

In Idem.

QUi prior hostilem audaci pede venit in urbem,
Pinnarum in morem huic nexa corona fuit.
Qui prior adversam ausus vi conscendere navem,
Hic rediens rostris serta decora tulit.
Castraq; qui primus perrupit fortibus ausis,
Vallari serto victor amictus erat.
Graminea, obsessam si Dux servaverat urbem,
Si civis civem, huic querna corona data est.
Ecqua horum tibi Bucreti *debetur; an illa,*
Istáne, an hæc; an & hæc istaq; & illa simul?
Omnia nam Primus *tu* vincis *cuncta* ferendo.
Omnia sed qui Fert, *plus faciente facit.*

In Idem.

VIM *vi, sæpè crepat violentus,* vincere Virtus.
Et tamen hunc vincit vis violenta minus.
BucretI *quanto est major victoria, victor*
A vi qui sine vi non violenter abit,
Di *faciant quivis sine vi sic* Vincere *discat,*
Non ita vi cum vi cuncta repentè ruent.

IN IDEM.

QUi celebrare tuum sumit sibi Vinco Ferendo,
Victorem fortis te canit atq; Tui.
Fortunæ potes esse, Tui non semper es, id quod
Te-contra, teipso teste probare queam.
Nam quoties, mensæ dum vix assedimus, æger
Pransurum è mensá sevocat eq; domo.
Et licet usq; Tui tibi sit Victoria curæ,
Auxilium ut negites, vincere te ipse nequis.

TUMULUS
BERNARDI à-SCHÆLLENDORFF
Eq. Sil. Ipse loquitur.

FOrtuito scloppi perij qui saucius ictu,
Hac ego Schællndorffus sum tumulatus hu-(mo.
Ebrî cum tractant lusûs atq; arma, periclum
Hospes ab eventu disce cavere meo.

EIDEM.

DUm tibi præstrinxit pectus nil tale timentis
Fulmineæ nubes pulverulenta pilæ,
Quis non ingemuit, nisi tu, discrimine tanto,
Et, qui te, Musas sauciat ille globus.
I nunc insidiasq; time, & fuge callidus hostem,
E medio qui te tollat, amicus erit.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH
BUCRETIUM.

SAt scio, Bucreti, laudum pertæsus es omnium,
Audire & laudes nausea penè tibi est.

Vel

Vel quod nemo satis, vel quod Bucretia *Virtus*
Humano sese spernat ab ore canj.
Te laudare veta, liceat dum dicere de te.
Sed de te dici quid sine laude potest?

Ad eundem
DE EPIGRAMMATIS MEIS.

FRigida quatumvis clamet mea Carmina livor,
Non tamen hoc credam, si velit ipsa Fides.
An quod ego tantus, vel quod mea carmina tanti,
Ut quæ rara, isthæc promeruisse putem?
Nil horum nil Bucreti *est, sed frigida quî sint,*
Frigentes urunt si tamen illa senes?

AD TOBIAM FISCHERUM à CROSCH-VVITZ. MEDICUM.

FIscheri *faustum tibi nomen in omen abivit.*
Namq; expiscatum scibile quodq; tibi est.
Pansophies aditus, simul atq; utriusq; Minervæ,
Expiscata omnis Castalis unda tibi.
Omnia quæ Medicus Vatesq; recludit Apollo,
Arcanoq; Physis quæ tegit ipsa sinu.
Nec tamen & satis est res expiscarier omnes,
Nî quoq; pisceris vi potiore homines.
O rerum atq; hominum Piscator *callide, posthac*
Da me pisculum glorier esse tuum

AD CHRISTIANUM HEINNITZ
In PIELTZEN, MEDICUM,
CATHARINÆ BARTHIÆ CONjugis obitum lugentem.

Quod

QUod tibi Cor Christiane rear, dum Parca repentè,
Christiano Cordi Cor sociale rapit?
Imò tuum rapuit Christus Christiane Cor ipse.
Et Christo nolles cedere sponte tuo?
Christianum Cor sume tibi, & ne irascere Christo,
Cor tibi quod rapuit Cor tibi reddet idem.
Hoc, Christiane, precor, Christianum Christus ut idem
Christiano Cordi Cor sociare velit.

AD IOANNEM-THEODORUM à TSESCH Equitem Silesium.

TSeschiade, *quo omnis se fert Natura minorem,*
Aq́; opere omnipotens vincitur ipsa suo,
Te tua Nobilitas magnis Heroibus aquat.
Verum Nobilitas hac propè nulla tibi est.
Quin potius, non illa agro contenta paterno
Mens semper terris altius ire fuit.
Ivisti, ivisti benè, qua vix ullius ante
Trita solo, juveni semita strata tibi.
Carmina nam prater quòd pangis Apolline digna,
Historias, Leges, Iura, Statuta tenes.
Summum in præcipiti est. *Tibi tu* THEODORE *caveto.*
Invidiam quod habet, non solet esse diu.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

Cum BRESLA discederem.

T*Ene ego* Bucreti *linquam, Charitumne Parentē,*
Et quas tu Charites gignis aliáq; meras?

Quid

Quid faciam? invitum timidus Pater urget & instat;
Parére urgenti me cupis ipse Patri,
Nec satis hoc. Sequitur quoq; tertia quartaq; caussa,
Quintaq;. Quis causis tot satis esse queat?

Ad eundem

O*Fficium mihi lingua suum male-fida negavit.*
Sed pro linguâ Oculus *officiosus erat.*

Eidem.

V*Erba tibi dederam, tu verbaq; reddis & aurum*
Ergo ego pro verbis aurea verba tuli.

AD CASPAREM CUNRADUM MEDICUM ET POETAM.

O *Si* Cunradus *faveat mihi* Bucretiusq;
Hæc Cunrade *fuit optio sola mihi.*
Optatum optatis fecerunt deniq; finem,
Et plusquam optavi fata dedére mihi.
Optato sed dum fato sic transigo vitam,
Debueram Fati prætimuisse vices.

AD HENRICUM LINDNERUM SILESIUM PHILOLOGUM.

B Ucretius *vitrum tibi, sed mihi tradidit aurum.*
Quâ vidit quemvis parte carere, dedit.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

P*Ocula* Lindnerus *odit, tu pocula donas.*
Vu, reor, hoc illum conciliare modo.




DANIELI RINDTFLEISCH BUCRETIO.

DOCTORI MEDICO,

hanc

CARMINUM JUVENILIUM

PROMULSIDEM

Thom. Schramus Sil.

Lubens Meritò.

DEDICO CONSECROQUE.

Cujus vis fieri libelle munus?
Festina tibi vindicem parare.

QVem autem præter te NOBILISSIME VIRORUM, in cujus ædibus amænissimis inconcinnus iste (quid enim negem ipse, quod alii sciunt, & postmodum scituri sunt?) in hunc modum, ut vides, concinnatus est? Poteras sanè à tutelâ hac tutus esse: sed noluisti ipse. Poterat enim hic latitare in tenebris situque, & adultiori ætate de-

inceps forsan exire, non istâ juvenculâ, quæ judicium rectum non promittit, vix etiam permittit; atq; ita maleferiatorum seculi hujus fastidiosi vellicatiunculas effugere. Nam præ cæteris singulare hoc habet versificandi illa ars, ut qui tribuni[illegible]m vix in Repub. hac nostrâ literariâ [illegible]statem habent, plerumque eam nau[illegible]nt; ij, qui in eâ Dictaturam obtinent, [illegible]c verè ambitiosam & imperiosam suam [illegible]ore Romanorum exerceant Dictaturam. Ut illis totius Reipub. omniumq; ditionum cura incumbebat; ut Senatûs totius caput erant; ut potestas pro libitu ejiciendi & admittendi ad officia publica, quoscunq; volebant. Sic isti Poëticam sibi solis relinquendam cupiunt: sic caput se volunt, reliquos pedes, sic tandem pro libitu suo alios, præsertim juniores, tanquam nocentissimos, ex arenâ ejicientes, non Tibur, non Præneste, vel in Insulas Campaniæ mittunt, sed in ipsa Africâ exulare volunt. At tu istâ valere, & famam aliquam ex tantillis quoq; sperare jubes, imò etiam reluctantem in lucem protrahere suades, & publica quidem veste,


quod

quod jam denique persuasisti. Itaq; diffidere humanitati tuæ, & amori, quẽ comparare non nisi paterno possum, meritò videar, si pluribus ejusdem tibi tut[illegible] commendem, quam spontè tuâ [illegible] sisti. Nec tibi Præscriptio hæ[illegible]s tui ingrata erit; multò minus sc[illegible]culæ huic per se obscuræ, qui tam[illegible]c lucem mihi quandam polliceris; [illegible]n quam à splendore nominis tui se mutuare posse confidit, invidebis. Plura apud te de te dicere ociosum planè & importunum est. Nec verbum addam amplius: nisi libello jam abeunti, quod suo olim Bilbilicus noster:

Ætherias lascive cupis volitare per auras,
I fuge. Sed poteras tutior esse domi.




Ad



Ad Lectorem meum.

[illegible]um quicunq; venis has, Candide, chartas,
[illegible]ve ne tenuem sit tribuisse moram.
Si [illegible]bi multum est Epigrammata centum,
[illegible]na de cunctis delige quinq;, sat est.
Si [illegible]in toto non sunt bona quinq; libello,
[illegible]m erit è cunctis; hoc licet usq; legas.
Quòd si adeò non est unum, quod ritè legatur,
Mulciberi detur tota coquenda strues.
Sic indigna prius quæ lucem ferre negabat,
Lux erit, & lucem lucida charta dabit.



DANI-

DANIELI RINDT-FLEISCH. BUCRETIO.

Ecqua novo nova nunc anno tibi Carmina donem?
Nam dare Bucreti *mens tibi grata jubet.*
Sed nova Bucreti *tibi quæ jam Carmina donem?*
Nam dolor iste novus mî nova cuncta negat.
Quòd si antiqua novis etiam mutare placebit;
Hac lege, te fient cuncta legente nova.

DIVO MATTHIÆ IMPERATORI OPT. MAX.

HUngariæ *fortuna tibi,* Rex *ante Coronam,*
Archiduci *& fasces* Austria *læta dedit,*
Mox etiam imponit Boiemia *tota* secundam,
Slesiaq́; *imperio subdita facta tuo.*
Tertia *restabat. Iamq́ en* Germania *felix.*
Induperatorem *te vocat ipsa suum.*
Quarta *tamen restat, cum nil restare videtur.*
Hanc *tibi post obitum conferet una* Trias.

Nuptiis Magnifici Bartholom. à Sack, Capitanei Dracopyrgensis, & Emerentiæ Nimptschiæ.

Ad Frid. à Nimptsch Sponsæ Fratrem.

Mira DEI *ratio est, & mira potentia Fati.*
Omnia habet, si cui Fata Deusq; favent.

Ad eundem.

S*I male - cessissent Primâ cum Conjuge* Prima,
Altera *non poterant* Vota *placere tibi.*
I, atq; insigni cape debita munera Fato:
Cede procul dictis Gracule vane tuis.
Altera *post* Primam *rursus cui ducitur uxor,*
Naufragus haud dubio bis natat ille freto.

Ad Magnificum Henricum Hoornig, Dominum in Marcklisia &c.

HENRICUS HOORNIG per Anagramma.

SINCERO IUNGOR.

IUngere Sinceris *anagrammate teste, nec illud*
Sincerè *dictum publica fama negat.*
Mens Sincera *animi est, probitas* Sinceraq; *mentis,*
Et cùm Sincera *Religione Fides.*
Hæc te Sincerum Sinceris Iungier, *atq;*
Non insincerum *monstrat habere locum.*
DI *faciant, nunquam ut* Sinceris junctus, *ab illis*
A non - sinceris *te patiare trahi!*
Sic Insincero sejuncta *à corpore, tandem*
Mens Sincera DEO juncta *perennis erit.*

VALENT. ACIDALII MARCHICI Medici, Philologi & Poëtæ manibus Sacr.

VALENTINUS ACIDALIUS
In te Laus unica Laudis.

Cum puer emisso te primum Carmine nossem,
Nec caperem ingenium præ ruditate tuum,
Abjeci (fateor) tua protinus omnia, sed laus
Ista tua est, vulgo displicuisse rudi.
Ast ubi jam melior Bucreti *munere lux mi*
Orta foret, cœpit me puduisse mei.
Hei dixi, veniam da nobilis umbra Poëta,
Bucretiumq; *tuum propter amica* Fave.
O mihi si præsto sit Calliopéa roganti,
In laudes cuperem totus abire tuas.
Iam canerem Medicum magnum, magnumq; Poëtam,
Qualem non ætas prisca, nec ista tulit.
Iam canerem Criticum, jam, quod reliqua omnia vincit,
Bucretii *socium,* Bucretiique *animam;*
In quâ etiam sine fine, tuo sine corpore vivis,
Mors uti mors non sit, sed dupla vita tibi.
Quam canerem! sed enim mea adhuc infantia lingvam
Præpedit, & votum non sinit esse ratum.
Sed quid opus laudare? Ita Laus in te unica laudis,
Laus Laudem *ut dignam nulla sonare queat.*
Imò si voveat, quanta est & quanta futura est
Posteritas *votum solvere nulla queat.*

In Scitum.

DAN. RINDTFLEISCH BUCRETI
VINCO FERENDO.

Quæ Dea? Quæ Durum *victrix* Patientia Frangit.

Quæ

Qua Basis, *aut quæ sunt verba notata Basi?*
Herculis *hæc forsan, quam felix* India *jactat?*
Aut tua cum verbis Carole Cæsar erit?
Non ita. Nil horum est. Bucreti *hæc* scita Basis,
Quam dudum victor condidit ipse sibi.
O cate Bucreti *! sic ô sic* vincere *tecum,*
Et non plus ultra *tendere discat homo.*

In Idem.

Q*Ui prior hostilem audaci pede venit in urbem,*
Pinnarum in morem huic nexa corona fuit.
Qui prior adversam ausus vi conscendere navem,
Hic rediens rostris serta decora tulit.
Castraq; qui primus perrupit fortibus ausis,
Vallari serto victor amictus erat.
Graminea, obsessam si Dux servaverat urbem,
Si civis civem, huic querna corona data est.
Ecqua horum tibi Bucreti *debetur; an illa,*
Istáne, an hæc; an & hæc istaq; & illa simul?
Omnia nam Primus *tu* vincis *cuncta* ferendo.
Omnia sed qui Fert, *plus faciente facit.*

In Idem.

V*IM vi, sæpè crepat violentus,* vincere Virtus.
Et tamen hunc vincit vis violenta minus.
Bucreti *quanto est major victoria, victor*
A vi qui sine vi non violenter abit,
Di *faciant quivis sine vi sic* Vincere *discat,*
Non ita vi cum vi cuncta repentè ruent.

IN IDEM.

QUi celebrare tuum sumit sibi Vinco Ferendo,
Victorem fortis te canit atq; Tui.
Fortunæ potes esse, Tui non semper es, id quod
Te-contra, teipso teste probare queam.
Nam quoties, mensæ dum vix assedimus, æger
Pransurum è mensâ sevocat eq; domo.
Et licet usq; Tui tibi sit Victoria curæ,
Auxilium ut negites, vincere te ipse nequis.

TUMULUS
BERNARDI à-SCHÆLLENDORFF
Eq. Sil. Ipse loquitur.

FOrtuito scloppi perij qui saucius ictu,
Hac ego Schællndorffus sum tumulatus humo.
Ebri cum tractant lusûs atq; arma, periclum
Hospes ab eventu disce cavere meo.

EIDEM.

DUm tibi præstrinxit pectus nil tale timentis
Fulmineæ nubes pulverulenta pilæ,
Quis non ingemuit, nisi tu, discrimine tanto,
Et, qui te, Musas sauciat ille globus.
I nunc insidiasq; time, & fuge callidus hostem,
E medio qui te tollat, amicus erit.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH
BUCRETIUM.

SAt scio, Bucreti, laudum pertæsus es omnium,
Audire & laudes nausea penè tibi est.

Vel

Vel quod nemo satis, vel quod Bucretia *Virtus*
Humano sese spernat ab ore cani.
Te laudare veta, liceat dum dicere de te.
Sed de te dici quid sine laude potest?

Ad eundem
DE EPIGRAMMATIS MEIS.

Frigida quatumvis clamet mea Carmina livor,
Non tamen hoc credam, si velit ipsa Fides.
An quod ego tantus, vel quod mea carmina tanti,
Ut quæ rara, isthæc promeruisse putem?
Nil horum nil Bucreti *est, sed frigida qui sint,*
Frigentes urunt si tamen illa senes?

AD TOBIAM FISCHERUM à CROSCHVVITZ. MEDICUM.

Fischeri *faustum tibi nomen in omen abivit.*
Namq; expiscatum scibile quodq; tibi est.
Pansophies aditus, simul atq; utriusq; Minervæ,
Expiscata omnis Castalis unda tibi.
Omnia quæ Medicus Vatesq; recludit Apollo,
Arcanoq; Physis quæ tegit ipsa sinu.
Nec tamen & satis est res expiscarier omnes,
Nî quoq; pisceris vi potiore homines.
O rerum atq; hominum Piscator *callide, posthac*
Da me pisculum glorier esse tuum

AD CHRISTIANUM HEINNITZ In PIELTZEN, MEDICUM, CATHARINÆ BARTHIÆ CONjugis obitum, lugentem.

Quod

Quod tibi Cor Christiane rear, dum Parca repentè,
Christiano Cordi Cor sociale rapit?
Imò tuum rapuit Christus Christiane Cor ipse.
Et Christo nolles cedere sponte tuo?
Christianum Cor sume tibi, & ne irascere Christo,
Cor tibi quod rapuit Cor tibi reddet idem.
Hoc, Christiane, precor, Christianum Christus ut idem
Christiano Cordi Cor sociare velit.

AD IOANNEM-THEODORUM à TSESCH Equitem Silesium.

TSeschiade, *quo omnis se fert Natura minorem,*
Aq; opere omnipotens vincitur ipsa suo,
Te tua Nobilitas magnis Heroibus æquat.
Verum Nobilitas hæc propè nulla tibi est.
Quin potius, non illa agro contenta paterno
Mens semper terris altius ire fuit.
Ivisti, ivisti benè, qua vix ullius ante
Trita solo, juveni semita strata tibi.
Carmina nam præter quòd pangis Apolline digna,
Historias, Leges, Iura, Statuta tenes.
Summum in præcipiti est. *Tibi tu* THEODORE *caveto.*
Invidiam quod habet, non solet esse diu.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

Cum BRESLA discederem.

T*Ene ego Bucreti linquam, Charitumne Parentē,*
Et quas tu Charites gignis aliáq; meras?

Quid

Quid faciam? invitum timidus Pater urget & instat;
Parére urgenti me cupis ipse Patri,
Nec satis hoc. Sequitur quoq; tertia quar taq; caussa,
Quintaq;. Quis causis tot satis esse queat?

Ad eundem

O *Fficium mihi lingva suum male-fida negavit.*
Sed pro lingvâ Oculus *officiosus erat.*

Eidem.

V *Erba tibi dederam, tu verbaq; reddis & aurum*
Ergo ego pro verbis aurea verba tuli.

AD CASPAREM CUNRADUM MEDICUM ET POETAM.

O *Si* Cunradus *faveat mihi* Bucretiusq;
Hæc Cunrade *fuit optio sola mihi.*
Optatum optatis fecerunt deniq; finem,
Et plusquam optavi fata dedére mihi.
Optato sed dum fato sic transigo vitam,
Debueram Fati prætimuisse vices.

AD HENRICUM LINDNERUM SILESIUM PHILOLOGUM.

B Ucretius *vitrum tibi, sed mihi tradidit aurum.*
Quâ vidit quemvis parte carere, dedit.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

P *Ocula* Lindnerus *odit, tu pocula donas.*
Tu, reor, hoc illum conciliare modo.

Ad eundem.

BUcreti, *qui tanta facis, tamq; omnia cautè,*
Quæ poterant magnos vel decuisse Deos.
Errasti hoc uno tantum, quod pocula tradens,
Debueras unà tradere jure merum.

AD HENRICUM LINDNERUM SILESIUM.

LIndnere, *dum jamnunc tuo Magistratu,*
Quem laude cum summâ & labore g.ssisti
Multis ab annis, abdicare te quæris,
Post tot labores & molestias tantas
Bucretius *catè suo monet vitro,*
Ut jam tibi & quieti redditus dulci,
Quos devorasti pulveres abundanter,
Iterumq; iterumq; potando eluas rursum.
Lindnere, *si Medici jubent recusabis?*

DE OBITU DANIELIS RINDTFLEISCH BUCRETI,

falsò nunciato.

O *Terra! ô Æther! ô Sol! ô Luna, Fretumq;!*
Quicquid & hæc infrà, quicquid & illa supra (est!
Me miserum! tandémne obijt Bucretius, *eheu,*
Qui mihi præ cunctis omnia solus erat!
Sicné jaces, ah sicné jaces mea mortua vita?
Sic ah Mecenas, sic Pater *ahné jaces?*
Quid merui miser? ô saltem licuisset adesse,
Ultimaq; exsuccis oscula ferre genis!

Cur

Cur fugi infelix? cur non dulcißime rerum
Cum fatis volui claudere fata tuis?
Sed dum flebilibus sic impleo cuncta querelis,
Vivere Bucretium *nuncia fama refert.*
At plus incertus nocuit dolor iste, Bucreti,
Quàm potuit verus vel nocuisse dolor.

AD TUMULUM PHILIPPI-IOANNIS TREUTLERI, HIERON. ICTI FIL. Bethaniæ Silesiorum defuncti.

Dum Themidem sequitur juvenis Treutlerus *amatam,*
Et celer insistit non sine laude viam,
Quam prius insiterat Pater, *Affiniq; sequendam*
Scultetus *monitis svaserat ipse suis.*
Ecce perit, Themidusq; simul, votumq; suorum
Decipit & luctum linquit utriq; gravem.
Fallimur, haud periit: Themidi sed junctus amica
Innumeros Mundi despicit axe dolos.

Ad eundem.

Da veniam, indignum est posthac dicare Philippus,
Qui nunc mutato es nomine Theiophilus.

AD TOBIAM FISCHERUM MEDICUM.

Cui tua plus, Fischere, *opibus præ totius orbis*
Unica præ cunctis Bibliotheca placet;

Hunc ego non culpo, quanquam non credo Poetæ.
Sed mihi plus ipſum te *ſit habere libris.*

CATHARINÆ Tob. Fil. FISCHERÆ
CUM
IOANNE CUNRADO MEDICO SPONSÆ.

DIcere Piſcatrix *de Piſcatore Parente,*
Nomine ſed Catharis *conveniente tibi.*
Nam tibi non deſunt naſſæ, non eſca, nec hami,
Illicere invictos quîs potes ipſa Deos.
Clam tibi ſidereis latet inſidioſus ocellis,
Dulciáq; incautis retia tendit Amor.
Nec ſatis ex oculis cepiſſe eſt. Nî quoq; Siren
Lingva juvet blandas pro ratione neces.
Hac ſeſe atq; illis captum Conradus *& ægrum*
Conqueritur, Medicas inter egenus opes.
Et tu Conrado *captam te callida captrix*
Conquereris, capto capta repente tuo.
O rerum turbo ! Piſcatrix *ante fuiſti,*
Piſce *ſed en capto, nunc quoq;* piſcis *eris.*
Sed neq; me hîcipſum capio, mirabile ! Piſcis
Piſcatrix *fieri qua ratione queat.*
Vos ipſi inter vos litem hanc componite. Piſces
Et Piſcatores *ut libet eſſe ſimul.*
Sic tamen ut cum fructu aliquo Piſcetur *uterq;*
Sponſe Iô. Piſcator *ſic mihi ſolus eris.*

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

Hiſtorias

Historias avido dum lumine lustro, simulq́;
Illorum exortus, horum obitusq́; noto;
Natali luxisse tuo duodena Decembris
Lux legitur, sed ab hac lucida luce magis.
Omen id arripio Bucreti *namq́; mihi ipsi*
Lux lucem & vitam primitus ista dedit.
Fors quia lux luxit nascentibus una, licebit
De Genio lucem participare tuo.
O omen fallax! nam me liber iste fefellit.
Extabat Decimus, Septimus Imber *erat.*
Lux tamen una fuit. Lucis spes jam quoq́; restat.
Si tamen haud lucis, fors erit umbra, sat est.

Ex ejusdem nomine Anagrammata duo.

DANIEL BUCRETIUS
C. in S. mutat.

Breßlaw ist dein.

Bucreti *cordate, istoc ne riseris omen,*
Quod tibi portendunt nomina, Bresla tua est.
Atq́; ô si foret hoc verum, non amplius esset.
Cur ego, cur alibi paupera turba gemat.
Imò tua *est meritò, meritis meritissime tantis*
Demerita, immeritò ut se neget esse tuam.
Imò si meritis poterit res ulla mereri,
Non modò Bresla tua est, Slesia *tota* tua est.

DANIEL BUCRETIUS.
BRESLA uni decuit.

DUm tu Bucreti *patriis egressus ab oris*
Extera felici lumine regna vides,
Seu qua per medias invisitur Italis Alpes,
Quare Venus vasto dat sua jura mari.
Belgica quáve altum cœlo caput altius effert,
Et qu[illegible]*raeterea longa referre mora est.*
Mirab[illegible] *tot decora inter tantaq́ʒ vivens*
[illegible]*m à quodam captus eras decore.*
S[illegible] *qua te decorasset alumna decôre,*
A decore urbs eadem sit decorata tuo.
Sed frustra. Neqʒ enim urbs decuit satis extera, quam-
Indigitem cuperent istaq́ʒ & illa suum. *(quam*
Bresla uni decuit. *Nam qua* Decus *edidit una,*
Non Decore *hæc etiam sit decoranda suo?*

Ad eundem.

M*Usarum Patrem te turba Poëtica dicit:*
Calliopéa soror sic mihi semper erit.

AD CASPAREM CUNRADUM
MEDICUM & POETAM
de nato filiolo
CAROLO-FRIDERICO.

BUcretium *tibi cura sequi fuit unica, nec dum*
Sors etiam cura facta sinistra tua.
Par titulo, par officio, Cunrade, *celebri es,*
Masculeâ & posses prole par esse Pater;
Hanc nisi fortunam Mors invidisset, & unum
Invida rapuisset de tribus ante diem.
Sed nec adhuc desperandum est. Quin rursus in anno
Qua jam tripla tibi est, quadrupla forsan erit.

Ipseq́; cessanti stimulos Bucretius *addet*,
Seq́; hac invictus vincier arte velet.

AD M. DANIELEM VECHNERUM PHILOLOGUM & POETAM

N*On uni DI cuncta simul* Vechnere *d*[illegible]*t*,
Cur tu præ reliquis omnia solu[illegible]*bes*.
Grammaticum si quis, si Rhetora qua[illegible]*n te*
Spectet, & inventum credit utrumq́; sibi.
Si vatem, Vatem tua te Silesia *jactat.*
Sive Sophum, Sophus es; seu Criticum, [illegible]*riticus.*
Magna loquor, sed vera loquor; mecumq́; [illegible]*,*
Quos peperit, vel adhuc quos tua Musa parit.
Ede modò, & benè de tenero grege perge-merere.
Nam benè de pueris qui meret, ille Vir *est.*

De Domo Quadam.

Æ*Tates hominum numerantur quatuor. Ecce*
Ætates numerat quattuor ista Domus.
Florida PRIMA *habuit Doctores atq́; Magistros;*
Altera, sed paullo tempore Theologos.
Deteriorq́; isto Studiosos Tertia fovit,
Nec nimium- longo tempore nec nimios.
Pistores habet & Molitores ultima. Si non
Desierit, posthac deniq́; Lictor erit.

De Siti Sitibundus.

D*Um foris exultant alij, dulcesq́; culullos,*
Et madidâ versant pocula grata manu.
Ipse libros inter medios sitibundus anhelo.
Gutta tamen non est quæ levet ulla sitim.

Oro, nec exoro, ſpero ſed nil venit. Ergò
Cum mihi nil veniat, tu mihi ſomne veni.

AD M. IOANNEM HARTMANNUM SCHOLÆ SUIDNICENSIS CON-RECTOREM Sponſum.

FRANC[illegible]M Sophiam *tibi jugavit,*
Cum quâ quattuor integros per annos,
Summâ non ſine laude victitaſti,
Cui noctes [illegible] cum diebus omnes,
Dies jung[illegible]octibus ſolebas.
At nunc neſcio quo repentè fato,
Hanc vis deſerere, & tuam in Suſannam
Omnem vertere tanti amoris æſtum.
In qua teq; reſemines, & iſtud
Harttmanni *amplifices in orbe nomen.*
O factum lepidum nimisq; cautum!
Quod ſi te quoq; nunc Hygéæ, *ut olim,*
Exurit decus impotente flammâ,
Non cedet tibi credo difficulter,
Nominiq; Viri, & Patris, *quod opto,*
Doctoris *ſuperaddet ipſa nomen.*

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM,

Victorem Chriſtianum.

CUnctando *Fabius, Nero* Præcipitando *triumphat.*
Verum Bucretius *cuncta* ferendo *poteſt.*

Cuncta-

Cunctari *pigri est; audacis* Præcipitare.
Christiani solum ferre *ferenda viri.*

Ad eundem
IN DELATORES.

BUcreti, *multus vivit* Delator *in orbe.*
Nunc etiam Titum *vivere par fuerat.*

Ad eundem.

ROMA *olim Delatores creberrima fovit.*
Non mirum est. Amor *hos semper habere solet.*

Ad eundem.

INter bonos Diaboli, Bucreti *vivunt.*
scin' quomodo? vivunt Calumniatores.

Logogriphus ex nomine
DELATOR.

ABjice tres primas, pro Sole hinc pone Tridentem;
Delator *tali nomine dignus erit.*
Inde tribus primis rursum postpone Tridentem,
In Cornu & Tauri litera solis eat:
*Supplicium suum habet. Quod tum capit, evohe,*Lætor.
Cur, quæris? nomen me jubet hoc facere.

AD ZACHARIAM KLINNERUM
THEOLOGUM.

NÆ *nimium in potu* Klinnerus *es omine vero,*
Klinnere, *at quovis non minor ipse viro.*
Convivæ potare tui dum fortiter instant,
Hospes dormitum iam benè potus abis.

Parvi animi sunt hæc! uxorem at linquis amicis.
Dum Tua nobiscum est; I modò quando libet.

AD MARTINUM SCHRAMUM Fratrem ab Ordinatione Sacrâ Reducem.

MArtine, *factum ô optimum! optimè cessit*
Tibi ordinatio illa prima, quâ Christus
Sponsum ipse te Sponsus suæ Ordinat Sponsæ.
Hac interim acquiesce, donec hic idem
Sponsæ suæ aliam sub ordinet *Sponsam,*
In quâ propages te simul & tuum nomen,
Quæ te vocabit corculum suum, & vitam, &
Suum decus, semperq́; diliget solum;
Quæq́; illa quas dabit tibi affatim curas,
Et voce & auxilio quoq; leniet dulci.
Rides, opinor. hâ ride, sed expertus
Ni fallor, olim magis magisq; ridebis.
Tunc & novâ vocabo voce, MARTINE.
Bis-ordinatum *te simulq;* Bis-Sponsum.

DAVIDI ROTH THEOLOGO ET ANNÆ MATERNÆ. SPp.

N*On tibi, nec sum credo tuæ* Maternidi *visus;*
Nec mihi tu visus, nec mihi visa Tua *est.*
Et tamen ignotus vobis, casta pectora Sponsi,
Felicem cupio terq; quaterq; torum.
Quòd si aliqua hîc culpa est, ignoto parcite. Fratris
Omne sed id pietas imperiosa luat.

Ad Sponsam.

MAterna huc-usq; es cognomine dicta, sed olim
Haud dubiè vero nomine Mater eris.

Nuptiæ & Senectus.

ESse Senem & Sponsum; Duo sunt, quæ quilibet optat,
Sed vix optatis se caruisse velit.
Adde novum ostentum. Quivis cupit esse Poëta.
Sed nondum-Sponsus esse Poëta dolet.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

BIlbilici mihi das sensa enodanda Poëta,
Sensa nec eximiis ante-notata Viris,
Vicero; Victori tum spondes aurea dona,
Sin minùs hoc, totum me cupis esse tuum.
Iam vinci malo. Sanè cognoscere gratum est.
Bucreti, at longè gratius esse tuum.

Ad eundem

QUid didicisse juvat? felix inscitia nunc est.
Hæc nam me totum Bucretii esse facit.

AD IOANNEM-THEODORUM à Tsesch de HeInsI Amoribus conflagratis.

HEinsiadæ ad lychnum dum tu pervolvis amores,
Irruit atq; urit Carmina flamma rapax.
Quid mirum? Si fors tam magnæ conscia flammæ,
Hæc voluit flammis addere flamma suas?

Ad eundem.

HEinſiadæ *teneros luſûs igneſq; Poetæ*
Igne quid ambuſtos præcipitante doles?
Ignea vatis erat, cùm ſcriberet iſta, voluptas,
Hinc meritò libros ignea fata manent.

In Baſilidem Poetam

V*Ina Poëtarum laudari ſæpe* Caballum
Baſilides *mirans, ipſe Poëta bonus;*
Experiar quid poſſit. ait, crebroſq; Deunces
Potat, & hos poni nocte dieq; jubet.
Rem probat eventus. Totam hunc depleſſe putares
Phocida, ſi vatis Carmina docta legas.
Quin etiam Dominas plures ſibi fecit amicas,
Pignere quas auctas liquit ab urbe fugax,
Non credo, Muſæ, *tot natos eſſet adeptus,*
Si potius Clarias ille bibiſſet aquas.

In Eundem.

N*Atorum fugiens onus Uxoruq; Poëta,*
Non tamen & veneris turpia furta fugit.
De natis hunc grata Venus jubet eſſe quietum.
Et nunc pro Natis poſſidet en Spurios.

In Aſtrologum.

S*Ola ſidera ſuſpicis, nihilq;*
Præter ſidera credis eſſe firmum,
Sola ſidera ſomnias, vigilq;
Sola ſidera dicis, omniumq;
Eventus varios vel hos vel illos
Sic in ſideribus fuiſſe clamas.

Lingvam si semel opprimat repentè
Sideratio *siderum Patronam,*
Ecquo sidere id accidisse dices?

In XII. Septembris.

DANIELI RINDTFLEISCH
BUCRETIO.

Natalem, Inauguralem, & Nuptialem.

VNa dies hominis primum te nomine donat;
Nomine Doctoris *mactat & una dies.*
Una dies geminis superaddit nomina Sponsi,
Bucreti *titulis nobilitate tribus.*
Una dies, ô mira dies! quis novit ô ecquod
Hæc tibi portet adhuc nominis una dies!
Sit te etiam (at serò!) clarabit nomine Divi,
Bucreti, *nulli plus dedit una dies.*

AD M. DANIELEM VECHNERUM

DUm Vechnere *tuam propero celer hospes in urbem.*
Sufficiens iteri nec foret una dies,
Hospitium ingredior, credo domicilia nigra
Mortis erant; adeo nigra caverna fuit.
Esurio ingressus, potum mihi posco cibumq;,
Affertur potûs sordida testa sui.
Ponitur hinc multo salsus sale Carpio, *sed qui*
Non minus hinc octo mortuus ante dies.
Inde caro, sed adhuc crudo quæ sangvine stillat,
Et botulus, quem non sus edere ipsa velit.
Invitum invitat voce invitator amicâ;
Sed quàm invitâtam pane meipse mihi!

Evasi

Evasi Vechnere *tamen, tu suscipe. Sic me*
Rursum invitatum vivificare potes.

De Asino.

ELysios *nos esse* Asinos, *jam publica fama est,*
Nosq; hoc traduci nomine quisquis amat.
Sed nec dedecori hoc ipsum est. Quin ipsemet optem,
Ut liceat totum protinus esse mihi.
Illum, inquam, de quo Beroaldus Steevvechiusq;
Colviades *nomen perpetuâre suum.*
Illum Asinum, *de quo* Turnebi, Scaligeriq;
Lambini, Douzæ, Lipsii, Acidalii;
Palmerii *cum* Taubmanis *simul atq;* Gulelmis,
Gruteri, BarthI, Meursiadesq; *simul,*
Et dici voluêre Asini, *dictiq; fuêre,*
Inq; Asino *famam repperiêre sibi.*
O Asine ô Asiniiq; *mihi salvete perennes!*
Vos ita dum videam, quidlibet esse velim.

[illegible]UCALEGONTI

Vigilium Præfecto Sacr.

T*Ympana nunc lætum dent & Taratantara signum.*
Scilicet hos manes clangor & arma decent.
Præfectus cubat hîc Vigilum, qui immobilis hastâ
Noctivagis vivus terror & horror erat.
Gaude igitur nocturna cohors, tuus occidit hostis.
Iam mediâ tutum nocte tenebis iter.

De Eodem.

S*I quis erat, qui nocte vias obserpserat urbis,*

Ne

Ne cui fas tutum ponere nocte pedem.
Si quis erat membris ventrisq́ abdomine magnus,
Si quis erat vultu torvus & ore minax.
Si quis erat, qui plus studiosos oderat unquam;
Dispeream, si non hic fuit Ucalegon.
Sed fuit, *abdomenq́ nihil fastosaq́ membra,*
Nec timuit tumidas Mors furibunda minas.

De Eodem.

V*T servus ad Stygij deductus Iudicis urnam,*
Arma manu ostentans constitit Ucalegon,
Obstupuit, gladiumq́ oculis metitus & hastam
Æacus, Inferni tu Vigil, *inquit, eris.*
Ac statuit simul ante fores. Ibi nunc quoq́ sævus
Divisa excubitor cum Cane *regna tenet.*

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

N*E pereas, pereas, vates hortatur amantem,*
Eccur, Bucreti, *tu mihi dicis idem?*
Vita mihi de fœmineo tutissima amore est,
Et si ab amore tui non pereo, haud pereo.

Ad eundem.

E*Ffigiem veræ mihi das pro Carmine navis.*
Bucreti, *veram quis mihi quando dabit?*

Ad eundem de Homero.

C*Æcus erat, vulgus, Bucreti, clamat, Homerus,*
Sed non Cæcus *erat, verum* Oculatus erat.

Cæcus

Cæcus erat, sed plus Oculato *præstitit* Argo,
Et Cæcus Cæcis *addidit ipse* oculos.

AD CASPAREM GERANUM PHILIATRUM.

M*Irabar, quidnam ista sibi suspiria vellent,*
Cur tibi præ Patriâ plus VViteberga *foret?*
Nec memor es, tibi quam prius intulit horrida clades,
Vix ac vix Medicâ quæ superata manu est?
Hæc sunt, invisos quæ reddere Saxones, & quæ
E mediâ poterant te revocare viâ.
Tu tamen hanc, Caspare, *urges, etiamq; perurges.*
Sed scio, te saculis urit Hygea *suis.*
Quod-si ita, mox propera. Mora nam gravis omnis amanti est.
Non fugit thalamos auguror illa tuos.
Imò etiam plusquam cupies tibi amica favebit.
Et post non multo tempore Doctor *eris.*

AD IACOBUM KITTELIUM URATISL.

K*Itteli, quo noster amor sit nomine dignus?*
Nec mihi Fraternus, *nes sat* Amicus *amor.*
Aut Fratre, *aut nomen sit majus oportet* Amico,
Aut noster nunquam nomen habebit amor.
Sic & Acidalius, *sic &* Bucretius *arsit,*
Bucretio *qui se non velit esse parem?*

AD IOANNEM THEODORUM à TSESCH.

Quæ

QUam lento Theodore, vides incedere gressu?
Cui Venus in facie, cui sedet ore Charis.
Cætera ne memorem. Sed cur os dulce renidens,
Purpureasq; peplo non tegit illa peplum?
Non tumidum hoc, non lascivum est Theodore quid ergo?
Arrige (S T') dicam: Non habet illa peplum.

Votum CANDIDÆ.

STellæ delicium fuit Columba,
Psittacus statio, Culex Maroni,
Claudio suo Felis atq; Pica,
Issa deniq; Publio Catella,
Et quæ præ reliquis & hinc & inde
Digna amarier his fuêre & illis.
Risit Candida ineptias, & inquit,
Græcum da mihi Passerem, & placebit.

AD IOANNEM ADAMUM SVIDNICENS. & Georgium Adolphum Chrysorinum.

ET sunt, qui nolunt procul hinc vos ire profectum,
Et meliùs censent vivere posse domi.
Non ego, si Phœbus, non si Bucretius ipse
Svadent, in Patriâ longius esse velim,
Ite precor potius. Marchis favet aurea vobis,
Et solito placidas Odera volvit aquas.
Parva loquor. Themis ipsa favet, Sophieq; decusq;
Spondet Adame tibi, spondet Adolfe tibi.
Si quid habent, ut habent in se præsagia, veri,
Egregium poterit quisq; referre Decus.

Tan-

CASPARI KESLERI SCHÖNOVIENSIS Scitum.

KEslero tandem Moriendum *semper in ore est,*
Et putat extremum quemlibet esse sibi.
Ante mori semper didicit qui vivus, hic idem
Quando semel *moritur, post quoq;* semper *ovat.*

IN IDEM.

M*Ortuus in toto vitâ qui tempore, in ipsâ*
Non Keslere *potes morte deinde mori.*
Expectata tibi toties in qualibet horâ,
Mors in morte tuâ cogitur ipsa mori.
Cum moriêre olim, Vates signabo sepulchrum:
Mors devicta prius, Quàm tibi visa fuit.

IN LANIOS.

P*Uella quòd Lanium ferè velit nulla,*
Caussam rogas odij tanti? necat tauros.

AD IOANNEM HENRICI SVIDN.

M*agna quidem gelidi furit inclementia cœli,*
Ingeminantq; graves flabra Borea minas;
Quaq; supervenient simul altera & altera caussa,
Utraq; sufficiens te retinere domi.
Nec tamen ire veto, quò te rapit ardor, ad Albim.
I pra; si tutum videro; fortè sequar.

Ad Pamphilum.

Quòd modò Regina Francæ vocitaris in Aulam;
Et modò quà Hispanæ regia celsa patet;
Et modò quà medio lavitur Britannia Ponto,
Quaq; habet augustam Cæsariana *domum.*
Virtutis hoc esse tuæ tibi credere noli.
Non hoc virtutis Pamphile, Sed vicij est.

AD ANDREAM HAMAXURGUM alias VVAGNER STYRUM.

Te celeri currû vexit, VVagnere,*per artes*
Eugenie, *nato Mater amica suo.*
Hæc celeri currû si te VVagnere, *sub astra*
Vexerit, ex omni parte beatus eris.

AD IACOBUM KITTELIUM De PUTIDIA.

Audistine, precor, sceleratâ effundere lingvâ
Putidiam in miseros putida quæq; viros?
Putidiæ credis Kitteli? *credere noli.*
Non temnit, sed vult Putidia ægra virum.

De Gallo & Putidia.

Oscula Putidiam Gallus rogat improbus, illam
Quæ capite ad turpes putida tota pedes.
Illa negat, timidumq; minis deterret amantem,
Insuper & tetricos miscet acerba jocos.
Miraris, cur quod nulli unquam, sola negárit
Galle tibi; ipse tibi sumere debueras.

De Eisdem.

Oscula virus alunt, *Vatis sententia prisci est;*
Quisquis amas tantum disce cavere malam.

Putidia ergò tibi dum denegat oscula, Galle,
Næ favet, & damnum præcavit inde tuum.

Ad Stromerium Gulosum

STrumosa est mater, genitor strumosus & ipse.
Sic fuit & matris, sic genitoris avus.
Non etiam agnatus, non & cognatus, ut ajunt.
Néve soror Strumâ, sed neq; frater eget.
Cum tibi sint omnes strumoso gutture, Strumam
Iure tuam possis dicere Patriciam.

AD IOANNEM HENRICI.

N*Uper legendos cum mihi dares versus*
Henrice *noster, ex mero joco dixi,*
Rubiginosos scripturire te versus.
Tu mox Iambos in me detonas acres,
Iocosa néve subnotaveras dicta.
Henrice *parce, sic si Maro scribat,*
Rubiginosos ipse scriberet versus.

AD BARRAM.

N*Ulli te quereris placere posse,*
Nigrior pice Barra nocteq; ipsâ.
Barra consilium dabo placendi,
Aut Cretam procul aut abi Tarentum.

AD IOACHIMUM ROTH Freystadianum.

N*Omine,*Rothe, Ruber *sed nomine dicere falso.*
Namq; coma & facies & nigra barba tibi est.
Non Ruber *es, sed nec niger es sed* Candidus; *ut nix*
Præ candore foret nigra vel ipsa tuo.

Miraris, quod ego sum longo expertus ab usu,
Et quod cum Fidio comprobat ipsa Fides.

DE EODEM.

Mirus homo es. Nam quod negitat Schola tota So-
(phorum,
Unus habes, quodnam? Candidus & Ni-
ger *es.*

Ad eundem.

Libera *te genuit Mater,* Urbs - Libera *fovit.*
Ne faciat Servum *fœmina,* Rothe *cave.*

DE SCORTO.

Quicquid cogitat uspiam vel unquam,
Et quicquid loquitur subinde scortum,
Quicquid deniq; amat cupitq;, Scortum est.
O Scortum nimis ô nimisq; cautum!
Nam dum nil nisi scortum amat cupitq;,
Scorto sic potitur diu-cupito.

AD IACOBUM KITTELIUM.

Dum tu Bucretl *aspectu & sermone beatus*
In media quamvis vivere peste potes,
Me Patria invitum retinet, retrahitq; fugacem.
Hæc Bresla, *hæc vestra sunt mihi deliciæ.*
Dulce olim medios inter residere sodales,
Nunc satis est, soli si licet esse mihi.

Ad eundem

De nostris quicquid legitas, placet omne, sed omne
Quod placet hoc unum non mihi crede placet.

AD DANIELEM ET PHILIP-
PUM-IACOBUM DAN. FF.
Rindtfleisch Bucretios.

NEc vos pæniteat Patriâ his exire sub annis,
Et Patrem & Patriæ linquere tecta domûs.
Sic primum incipitis magni in vestigia Patris
Indugredi, ingressum si properatis iter.
Sic tamen egressi Patriâ, sic extera adite
Bucreadæ, *ut Patriæ fortius urat amor.*

IN EGERIUM.

POtandi queritur sibi nuper Egerius æra
Furaci nimium rapta repentè manu.
Ne tamen hoc damnum patiatur sæpiùs, astum
Invenit, ex illo cùm bibit, ære caret.

IN PUTIDIAM.

DUm male-firmus iter glaciale per ambulo, nec tum
Lapsantem poterat pes revocare pedem.
Tanquam non potesit cadere, aut sit turpe, cadentem
Putidia insulsis ridet amata jocis.
Ridiculum hoc adeò est? magis est hoc putida, quod tu
Quæ cadere usq; optas, non semel ipsa cadis.

In Stromerium Gulosum.

STromeri *sapiens mihi credere jure, cerebrum*
Qui frustra in chartas evigilare novis.
Qui negat hoc, furit aut livet. Namq; herculè stulti est,
Quam capere haud possis, perdere in arte moras.
Caussa latet fortasse rudes, fortasse teipsum,
Caussa hæc, Stromeri, non reticenda tibi.
Quod cerebro mandas, cum mandas, illicò Strumæ
Diffluit in rimas, unde redire nequit.

In eundem.

Patrem

Patrem tuum præ cæteris quod tu bonum
Fuisse jactas Aurificem, non verum id est,
Nil ille præter strumifex erat bonus.

IN MULIERES.

Athanatis Fusiisq; tuis ne Roma superbi.
Fœmina nam binis plus feret una viris

In Poëtam Hodie-Natum.

Ignorabat heri versiclum scandere: sed nunc
Scripsi, inquit, Carmen. Quid pote simplicius?

AD IACOBUM KITTELIUM.

Quoties, Iacobe, *cunq; quid cascum invenis.*
Aut desitum uti, aut delicatis non probum,
Vel Brontolare, vel Placbernus, vel Treva,
Vel Tzaggrum, Arrebatarsi, Inq; unattimo;
Gaudes, Triumphas, auroq; id contra æstimas.
Et ipse gaudeo, si forte repperi
Oculigneam, Labripurpuram puellulam,
Rosimaliam & Papillituberantulam,
Et quod magis dulce & magis mirabile est,
Digitritiunculas, Pedepreßiunculas,
Tativulsiunculas, Aggreßiunculas,
Cubatiunculas, Compreßiunculas,
Et quæ referri non brevi queunt metro.
I cum his, Iacobe, *nemo carmentæ ferè,*
Novatij pleriq; concelebrant Sacrum.

IN PHILOTECNUM.

Iura trium *dare* Natorum *jus solus habebat,*
Nec nisi promeritis Cæsar *habere dedit.*

 Nil


Nil opus ista tibi meruisse fuisset, in uno,
Si dare tres anno tu potes ipse tibi.

Ad Candidam.

D*Ent alijs alia, si vis dare* Candida, *sume.*
Nam dare pra illarum sumere malo tuum.

Ad Zoilum.

V*T tu præterearis une* Centum
Inter Carmina, quem Poëta, quemq;
Diris versificator omnis urget,
Ades Zoile. *Nil tibi timendum est*
Nostris versibus imprecationum,
Livor quem suus antea perire
Morte cogit atrox quotidianâ.
Quin vivas potius diuq; vivas.
Hoc si contigerit, perire males.



Lectori meo.

PRæter votum meum, amice Lector, Epigrammata mea in Centuriam excrevêre. Addenda enim præter alia plurima, & MEMORIA EMMELIÆ BUCRETIANÆ. Addenda non potuit. Ne pereant, vel propter solum BucretI nostri nomen subjunximus, cum Nobiliss. a-Tsesch, juvenis eruditionis & judicij incredibilis, ejusdem argumenti. Tu bone LECTOR have, & si meruimus, FAVE.

EMMELIÆ LANGIÆ MEMORIÆ SACRUM.

D. M. S.

D. M. S.

EMMELIÆ LANGIÆ
NOBILI PALATINÆ,
QUÆ
PIETATIS ET VIRT. OMNIUM
OMNIBUS SUI SEXUS
SING. FACTA EXEMPLUM
POSTQUAM
CUM MARITO NOBILISS.
DAN. RINDTFLEISCH
BUCRETIO, DOCT. MEDICO
AD XX. ANN. CONIUNCTISSIMA US-QUE VIXISSET,
MORBO TANDEM VICTA
EX VITA HAC INFELICI
MORTE FELICISSIMA
PRÆPROPERE QUIDEM,
SED NON IMPROVISÒ
NEC ILLIBENTER
BRESLAE
OMN. LUCTU DECESSIT,
THOMAS SCHRAMUS SIL.
HUNC TITULUM & TUMULUM
CUM SEQ. ELOGIIS,
SINCERI ERGA DOMUM
BUCRETIANAM
Affectus Testimonium P O S.

I. Depositum.

AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM, VIDUUM.

BUcreti *Vir magne ortu, vir major ab arte,*
In quo seseipsum Phœbus uterq; stupet:
Ut primum potuit Silesia *credere Famæ*
Taubmanum *ad plures hinc abiisse suos.*
Hei nimium metui de te male, & illicò dixi,
Tu quoq; de tanto vulnere vulnus habes.
Nescius interea cladis, quam verba repentè
Sensit in Emmelia *deficiente domus.*
Hei propior caussa est, & caussa domestica, dixi,
Quæ lugenda venit pluribus, æqua venit.
Fors dabitur qui Taubmano *successerit alter,*
Exanimisq; animet voce potente tholum.
Emmeliæ *vix credo unquam successerit ulla,*
Sed post succedes ipse sub astra tuæ.
Munera quanta isthæc successio reddet utriq;!
Te Tibi, teq; Tuæ *rursus, eamq; Tibi.*

II.

AD CASPAREM CUNRADUM Medicum & Poëtam.

BElgica Taubmanum *luget, Germania luget,*
Taubmanum *luget quoq; Poëta suum.*
Scriverius, Grotius, Vulcanius, Heinsiadesq;
Baudius, *& quotquot terra Batava tenet.*
Gruterus, Rittershusius, Prætorius, *atq;*
Reimanus *queritur* Meibomiusq; *suum.*

Tu quem

Tu quem non-ficto complexus amore, tacere
Cunrade, *& luctum dißimulare potes?*
Quin potiùs vixisse diu vos noscat amicos
Slesia, *& hanc ipsâ vivere morte fidem.*
Sed quid ago? propiùs dolor est. Bucretia Breslæ
Demoritur, magno facta querela seni.
Hanc Cunrade *dole, quis namq; externa doleret,*
Cùm sibi quod doleat satq; superq; domi est?

III.

EMMELIÆ VIRTUTUM OMNIUM Speculo.

N*On fortuna tibi celsiq; à stirpe parentes,*
Non te-dignus honor defuit Emmelia.
Non gravitas, non ingenium, nec rara venustas,
Quæq; tuo sedit pectore viva Charis.
Et quamvis etiam proprij splendoris egeres,
Bucretl *uxorem sat fuit esse viri.*
Felix ô nimium felix, si firma manerent,
Nec de his eriperet Mors inopina bonis.
Sed tamen hoc gaudere potes. Quod Cypria tanto,
Quod Pudor *& castus funere luget Amor.*

IV.

DANIELI RINDTFLEISCH BUCRETIO.

Viro in Patriâ suâ honoratißimo.

B*Resla tibi multum* Bücreti *Patria favit,*
Quantum alij nunquam Patria favit humus.
Hæc te Patritio *excepit de sangvine natum,*
Ilicet & Nato prospera signa tulit.

Mox artes docuit, varijs queîs clarus in oris
Semideûm poteras Os *meruisse virûm.*
Post Medica *insignis lauro cum Mysta redires,*
Se velut Hippocrati *tradidit ipsa tibi.*
Omnia magna quidem soli data novimus. at nil
Emmeliâ *majus novimus esse datum.*
Quam dum eadem lateri rapit immiserabilis, eheu
Quod poterat gravius reddere Bresla *malum?*

V.

DE EMMELIA ET CATHARINA BARTHIA CHRISTIANI HEINnitz Medici Conjuge.

N*Obilium flevi hoc* Matrum *duo funera in anno.*
Illa *atq;* hæc Medico *Conjuge juncta fuit.*
Me miserum, quid non adversi turba timebit
Infima, si Medicos nil Medicina queat!

VI.

AD SAMUELEM CZEPKE BREgens, Carmen Nuptiale rogantem.

Q*Uâm-vereor, ne nostra tuæ promissa sorori,*
Affiniq; novo Carmina ferre queas.
Ad propiora vocor. Tristis lugenda ruina est,
Quam modò Bucretl *sensit alumna domus,*
Dum cadit Emmelia, *heroo quæ corpore cunctas*
Heroina nurûs vincere visa fuit.
Dimidium illa sui Bucretl *viva Mariti,*
Dimidio quo nunc stare cadente nequit.
Parva loquor. Namq; hæc Anima ipsa erat, ipsaq; vita.
Anné carens Animâ vivere possit homo?

Hîc lugere meum est. Et me lugubria præter
Carmina in hoc luctu fingere posse putes?
Sed quoniam nova festa nefas turbare querelis,
Sint precor à vestro tristia cuncta toro.

VII.

AD MANES

VALENTIS ACIDALI.

O *Sancti Manes, & nobilis umbra Poetæ,*
O Cor BucretI *cordoliumq; vetus!*
Seu Divum socia es, seu vatibus addita notis
Carmina, ceu quondam, consociare juvat:
Libera seu cœlo Solem, præceptaq; dudum
Sidera, & ignotas perspicis ante vias;
Descende, & si quid veteris juvat ardor amici,
Tristia BucretI *limina vise tui.*
Vivere dum sine Bucretio Bucretius *ipse*
Hei sibi præreptâ cogitur Emmelia.
Sed requiesce polo Divum conjuncta cohorti
Sancta Anima, *ambrosiis exsaturanda favis.*
Non dubito, si Bucretium *hoc in agone videres,*
Ne videas, vitam bis posuisse velis.

IIX.

DANIELIS RINDTFLEISCH

BUCRETI Scitum.

VINCO FERENDO.

O *Mne Sophos pariter Latium, Pariterq; Pelasgum*
Edidicit magno pectore Bucretius,
Omnium ut ora oculosq; in se converterit unus,
Extra quos tellus, patria quosve tenet.

Ex omni

Ex omni tamen hoc unum didicisse sat illi est,
Vincere *quod* Patiens *cuncta* Ferendo *potest.*
Hoc toties sortem Victor, totiesq; seipsum,
Invidiamq; ipsam vicit agone pari.
Hactenus hæc. sed non Bucreti *vincere luctu,*
Invidiæ victor, victor & ante Tui.
Dimidiumq; animi, reliquum quod funere restat,
Emmeliæ *in cineres elacbrymare cupis,*
Dimidium Vir dimidie exere, dimidiumq;
A virtute petas, sat scio Totus *eris.*

IX.

Sunt bona mixta Malis.

T*Am bona* Bucreti *bonitas est nulla profecto,*
Cui non assidui portio mixta mali.
Nec mala, quod credit malesanus, sunt mala prorsus;
Deq; malis oritur nobile sæpè bonum.
Ne crede ergo malum, tua quod tibi Langia *rapta est,*
Hæc nam cordatum te facit esse virum.

X.

Ad Nomen Emmeliæ.

EMmelia *Argolicis dicta est saltatio bella,*
Sic tibi de saltu Langias *omen erit.*
O omen ferax! saltu quæ præpes in uno
E mundo poteras transiliisse Polum.
Felix saltatrix, hoc felicissima saltu!
Ex homine ætheriam te facit iste Deam.

XI.

DANIELI RINDTFLEISCH
BUCRETIO.

Viduo

VIDUO MŒSTISSIMO.

ANte diem defuncta tibi Tua dicitur à te
Bucreti, at tibi quid dicitur ante diem?
An quæ cœlestem vitam benè vixit in orbe,
Hæc defuncta tibi dicitur ante diem?
An thalamo tecum quæ lustra quaterna peregit,
Hæc defuncta tibi dicitur ante diem?
An quæ septenâ liquit te prole parentem,
Hæc defuncta tibi dicitur ante diem?
Dixerit ista dolor, melius tibi suggerat usus.
Vita duplex, vita fungier ante diem.

XII.

AD THEODORUM, DANIELEM, PHILIPPUM IACOBUM & IOANNEM-CHRISTOPHORUM FF RR. Rindtfleisch BUCRETIOS.


BUcreadæ, magno Stirps non-indigna Parente,
Cui tradit Curam splendida Bresla suam;
Quidnam animi vobis restabat, quando necesse
Ad tumulum Dominæ stare Parentis erat?
Credo equidem ullius nece si reparabilis esset,
Quilibet hanc emeret protinus ipse suâ.
Verum obstat Fatum, & mundo Lex publica dicta est.
Cras vel idem, aut Hodie fortè sequemur iter.

XIII.

EMMELIÆ EPITAPHIUM
Ipsa loquitur.

HAc cubo Bucreti Decus & Dolor Emmelii urna,
Orta Palatinis nobilis herba jugis,

Exin' adhuc juvenis Patriam relinquere terram
Iussa fui, Elysiis hospita facta plagis.
Bucretio *tandem me provida fata dedêre,*
Cum quo lustra abeunt quattuor acta mihi.
Quattuor huic pueros genui, totidemq; puellas;
Clauserunt septem lumina nostra manu.
Me tamen ut primis raptam sibi quærit in annis,
Et queritur parvas Fata dedisse moras.
Nil queror. at, cujus gravior mihi morte querela est,
Conqueror hoc unum; Bucretium *ista queri.*



EMMELIÆ LANGIÆ MANIBUS EPIGRAMMATA SEQUENTIA SACRAT IOANNES-THEODORUS à TSCHESCH Eques Silesius

I.
AD DANIELEM RINDTFLEISCH BUCRETIUM.

Quid lachrymas, quid me funebria Carmina poscis?
Despicit humanas Umbra potens lachrymas?
Quin hæc mellitos Bucreti *poscis* amores?
Hos decuit Dominæ funera flere tuæ.

II.
AD THOMAM SCHRAMUM, SIL.

Bucre-

BUcretium *tandem totâ quod mente petisti,*
Inq; uno reperis singula Bucretio,
Ille locum Musis dedit, ille patentia tecta:
Ille tuis Phœbus & Pater est studijs.
Cætera cum felix, hoc uno es Schrame *dolendus,*
Vestra quod assveto limina Sole carent.

III.

VT *blanda* Emmeliæ *tetigit nemus Umbra beatũ,*
Et svetus roseo fulsit ab ore nitor;
Mirantur Manes rara spectacula formæ,
Miratur fixis Lethe habitanda vadis.
Atq; aliquis venerans: quin Sacra indicimus, infit,
Inventa Elysiis est Venus ecce plagis.

IV.

AD AURORAM.

O *Cœli decus, ô magni prænuncia Phœbi,*
Quæ roseo lætum ducis ab axe diem,
Eccur pallidulos vix audes tollere vultûs?
Quid nitido solitus fugit ab ore rubor?
An quia Bucretii *fato occubat æmula conjux,*
Nec magis objecto crescit honore pudor?
An quia jam radijs cœlo subvecta resumptis
Obscurat radios, aurea Diva tuos?
Quicquid id est (veniam da Memnonis optima conjux)
Dignior hac rutilos jungere solis equos.

V.

Ad Phœbum.

PHœbe pater, teneris cui ſeſe vovit ab annis;
Quem colit aßiduo munere Bucretius,
Quid meruit pietas? quid caſtæ conjugis ignes?
En rapit inſontem Mors fera Bucretiam,
Si potuit vita Hyppolitum tua reddere proles,
Non tu viventis fata inhibere queas?
Aut magni invidiâ tactus, Latoë Bucretl es,
Caſta ſoror caſtæ vel tua Bucretiæ.

VI.

Tumulus.

QUisquis huc celeras gratum Viator,
Noli nobile præterire marmor.
Noſtri deliciæ quiesq; Phœbi.
Noſtri gratia caſtitasq; ſecli,
Et Bresla decus & dolor perennis,
Atq; omnes Veneres Cupidinesq;
Uno condita delitent ſepulchro,
Hoc quod Bucretiam tegit ſepulchro.

FINIS.

